

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 51 [Ll.]

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

teneatq; per aeterna saecula

2 Felix itaq; illa anima, qua te dulcissimum Dominum facie
ad faciem intuetur, qua innixa super te tuis fruitur amplexi-
bus, qua torrente voluptatis tuae potatur, et inebriatur, ab
ubertate domus tuae. Ah quis capere sufficit, quantis haec delitiis
affluat? quam magna, quam suavia amoris tui sentiat blan-
dimenta. O Deus meus, vere tu es vita beata, vita jucunda
vita super omnia desiderabilis. Ecce enim in te erit gaudium sine
moeore, sanitas sine languore, requies sine labore, opulencia
sine amissione, beatitudo sine calamitate, suavitas sine amariz-
tudine, abundantia sine defectu, vita sine morte: verbo omnia erunt
tranquilla, amoena, desiderabilia, delectabilia. quo fit, o amantissime
Deus, ut qui te vident, semper te videre desiderent, et sine fastidio sati-
entur. Ah desidero te millies mi Deus, quando venies, me latu quando
facies, ut vultu tuo saties?

3 Quis iam nisi amens, aut coecus omnes mundi voluptates, tanquam
pueroru crepundia non despiciat, si futura felicitate assidue me-
ditetur? O quae latitia! quae voluptas erit perpetud conversari cu
S. Trinitate, ac pra admiratione, pra satietate, pra gaudio pra
delectatione, pra amoris ardore in eius absorberi visione? O quae
latitia! quae voluptas, dulciter agere ac familiariter colloqui
cum Christo Domino, cum dilectissima matre eius, cum uni-
verso tam nobili, tam casto, tam amabili coelitum coetu! O quae
latitia! quae voluptas, amoenissima illa luce aeterna perfrui
inscrutabilia secretoru Dei iudicia, et ineffabilia sapientia
ipsius arcana quodam cognitionis intuitu percipere! O quae la-
titia, quae voluptas, videre pulcherrima, audire jucundissima
gustare dulcissima, olfacere suavissima, atq; in oceano deliciar-
um voluti natare, omnibusq; bonis cumulari sine fastidio, sine
termino, in omnem aeternitatem. O quando veniam, et apparebo
ante faciem tuam Domine Deus! quando in pace dormiam, et
requiescam in te! Tibi iam dixit cor meum, exquisivit te
facies mea, faciem tuam Domine requiram in aeternum.

ps. 41

ps. 24

ps. 26

Capit 51.

Continuatio earundem aspirationum
ex Psalmis.

ex Psalmis.

1. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concu-
piscit et desicit anima mea in atria Domini. ps. 83.

Altaria tua Domine virtutu cupio, rex meus, et Deus meus. ps. eodem
Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in ta-
bernaculis peccatorum. ps. eodem.

Quia melior est dies una in atris tuis super millia hic. ps. eodem

Beatus, quem elegisti, et assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis. ps. 67.
 Replebimur in bonis domus tuae; sanctum est templum tuum,
 mirabile in aequitate. ps. eodem.

Vnam igitur rem petii a Domino: hanc requiram, ut inhabi-
 tem in domo Domini omnibus diebus vitae meae. ps. 26.

ut videam voluptatem domini, et visitem templum eius. ibid.

Ibi adimplebis me letitia cum vultu tuo: Delectationes in dexte-
 ra tua usque in finem habebō. ps. 17.

2 Et dicit: quis dabit mihi pennas sicut columba: et volabo, et
 requiescam. ps. 54.

Scitavit enim anima mea ad Deum fortem, vivum: quando
 veniam, et apparebo ante faciem Dei. ps. 41.

Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte: dum dicitur
 mihi quotidie: ubi est Deus tuus? ps. 20.

Educ de custodia animam meam, ad confitendum tibi: me
 enim expectant justi, donec retribuas mihi primum
 gloriae. ps. 141.

Auscipe me Domine secundum eloquium tuum, et vivam;
 et non confundas me ab expectatione mea. ps. 18.

Domini pars hereditatis meae, et calicis mei: tu es, qui resti-
 tues hereditatem meam mihi. ps. 12.

Credo enim videre bona Domini in terra viventium. ps. 26.

3. Domine dilexi decorem domus tuae, et locum habitatio-
 nis gloriae tuae. ps. 25.

Beati enim, qui habitant in domo tua Domine: hi in
 saecula saeculorum laudabunt te. ps. 83.

Plantati in domo Domini: in atriis domus Dei nostri
 florebut in aeternum. ps. 91.

Memoriam abundantiae suavitatis tuae enuctabunt; et de justiti-
 a tua exultabunt sine fine. ps. 144.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente volupta-
 tis tuae potabis eos. ps. 34.

Quoniam apud te est fons vitae beatae: et in lumine tuo videbi-
 mus lumen. ps. 35.

Quare ergo tristis est anima mea, et quare turbas me? ps. 41.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare enim vultus
 mei, et Deus meus est. ps. 41.

Spera, inquam, in Domino, et fac bonitatem, et pascaris in divitiis
 eius. ps. 36.

Non enim privabit bonis suis eos, qui ambulant in innocentia: Domi-
 ne virtutum, beatus homo, qui sperat in te. ps. 43.